Agricola, Joseph; Dhamen, Ignatius: Philosophus De Anima Sua Ex Ratione Cogitans
[Heidelberg], 1776 Seite g

# POSITIONES.

## EX LOGICA THEORETICA.

I. *Subjectum commune affectum signo universali* OMNIS *vel* NULLUS *distribuitur.*

II. *Quodsi particula* OMNIS *idem significet ac* TOTUS *vel* UNIVERSUS, *non est signum universale.*

III. *Subjectum commune cui praefixum est signum particulare* ALIQUIS, *patitur descensum disjunctivum, si praedicatum alicui determinate assignabili conveniat.*

IV. *Subjectum commune indefinitum in materia necessaria distributive, in materia contingente plerumque disjunctive sumitur.*

V. *Praedicatum commune propositionis affirmativae non distribuitur, distribuitur tamen praedicatum negativae.*

VI. *Ut vera sit propositio, omnia, quae enuntiat, & quomodo enuntiat, ita se habere debent.*

VII. *Speciatim ad veritatem propositionis in materia physice contingente requiritur existentia extremorum pro tempore per copulam importato.*

VIII. *Negativa in materia contingente vera est, si vel non datur subjectum, vel praedicatum, vel idenditas.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/agricola1776/0111
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG